3. *Frater tuus*, note the order; placed early for emphasis (*Intr.* 91, and cf. the position of *si*, 458, *Obs.*). 5. Beware of trying to introduce *imprimo*; the Latin metaphor is different from ours. 7. Position of *esse*; as a mere link verb it is often *buried*, as it were, between two emphatic words that would naturally go together; so *sit* in 3. 8. Avoid the use of *cessare* ("to hang back"), for "to cease."

EXERCISE 21.

1. Caesar utrum jure caesus fuerit, an nefarie necatus, dubitari potest; illud (341) inter omnes constat, a Bruto eum et Cassio ceterisque qui conjuraverant (175) Idibus Martiis occisum esse. 2. Nostri vicerint neque, adhuc est incertum; sed sive vicerunt seu victi sunt, certo scio eos neque sociis defuisse nec reipublicae. 3. Utrum hominibus nocuerit plus an profuerit, difficile dictu (404) est; illud (341) dubitari non potest, talem vel ingenio eum vel rebus gestis fuisse, qualem in hac vita visuri sumus nunquam. 4. Vix credi potest quoties et ego et tu istum monuerimus ne fidem falleret, sed videmur, sicut heri ac pridie, ita cras nihil acturi. 5. Fac ad me scribas quando rex ad exercitum profecturus sit; qui (78) nescio an consulto cunctetur ut exercitum comparet, opes suas augeat; quod vereor ut efficiat; homines enim aut pertimescunt, aut male sentiunt. 6. Monuit me nescio quis (362) ne obliviscerer, tu quantum mihi quondam puero nocueris; quod feceris neque parvi refert; illud mea interest, num (167) amicus esse meus (42, *ii.*) velis hodie. 7. Quum sentiret se gravi vulnere exanimari, quaesivit primum salvusne esset clipeus; salvum esse responderunt; deinde, fusine essent hostes; fuscus esse responsum est. 8. Nonne mori satius esset rogare quam inhoneste vivere. 9. Militum is meorum mihi fuit carissimus, et nescio an unus (529, *d.*) omnium fortissimus.

1. *Jure caesus*, a legal phrase; note difference between *necare* and *occidere*. "Open to question," an English metaphorical (17) phrase,

cannot be expressed literally in Latin. 2. "Whether they have won;" great stress should be laid on the different English uses of "whether" (171, see also 467). 3. *Visuri sumus*, for mood see 108. 5. *Opes suas*, note omission of *et*. Clauses often follow each other in Latin without either the *et* or *sed*, which the reader has to supply. *Homines*: "people" here means "men in general," and cannot be translated by *populus*. 9. *Is*. The pronoun would refer the reader to some one already mentioned (336).

EXERCISE 22.

1. Quid sibi velit haec multitudo, quo eventurus sit tumultus, expecto. 2. Quemadmodum puer vixerit, mihi demonstres velim; qualis sit hodie, satis scio. 3. Adesse periculum satis intelleximus; unde ortum sit, quale esset ac quantum, nesciebamus. 4. Quantum rei p. (*or patriae*), quantum majoribus debeas, fac recordere (*or cogites velim*); qui sis, quem locum teneas, memento. 5. Quo me verterem, quid facerem, quemadmodum de iis qui fratrem meum occiderant sumerem poenas, nesciebam. 6. Quis hoc fecerit nescio, sed quicumque fuit poenas dabit. 7. Qui in r. p. versantur quas ob causas cum iis qui exercitus ducunt parum consentiant satis manifestum est. 8. Qui hoc nuntiaverint, utrum iidem fuerint qui facinus commiserint necne, miror. 9. Qui ante eum regnavere (*or -erant*) omnes ingenio superavit; qui sibi successurus erat, qualis esset non intellexit. 10. Qui rei p. praeerant, quam repentinum esset malum, sensore, quantum esset ac quam diutinum futurum, non suspicati sunt.

The sentences in this Exercise are of the utmost importance, and should be done and commented on, or studied, with great care.

In 3, note difference of tense: *intelleximus*, *nesciebamus* (see 183). 5. *Homicida* is "a murderer" in the absolute sense, and is not joined with a genitive. *Interfector* (Caesaris) is used, but as a rule such words in *-tor* are not applied to the actors in a single deed, but imply either a continued (*or professional*) action (*dictator*, *mercator*), or some deed so marked as to be a permanent characteristic of the man. *Auctor* is the commonest exception (see p. 227, note 1). 10. For omission of *sed* see on 21. 5.

EXERCISE 23, A.

1. Illud (341) jamdiu scire cupio, cur adeo pertimescas no tui obliviscantur cives. 2. Tu, quid (174) de hac re censeris (Intr. 100) et ego et pater meus jamdudum cognoscere cupiebamus. 3. Massiliam quum veneris, volim fratrem tuum roges cur (174) nullas ab eo acceperim litteras. 4. Dixi, judices, et consedi, id quod ipsi videtis; vos jam de hac re judicate. Spero equidem et jampridem spero, hunc hominem vestris omnium sententiis (*note Ex. 16 B. 5*) absolutum iri. 5. Medi dum haec parant, Graeci jam ad Isthmum convenerant. 6. Pater tuus (Ex. 20. 3, *note*) ad extremam senectutem quotidie aliquid addiscebatur. 7. Hostes quum (*or quoties, more emphatically "every time that"*) infelicissimae hujus gentis oppidum expugnauerant, nulli parebant; trucidabantur mulieres, pueri, senes, infantes, nullo vel aetatis vel sexus facto discrimine (*see 426*).

EXERCISE 23, B.

1. Eum qui primus murum conscenderit, corona se aurea donaturum pollicetur. 2. Tibi, cum Roma rediero, cur te arcesiverim dicam. 3. Jamdiu negabant Galli se vel legatis nostris obviam ituros, vel condiciones quas Caesar ferebat (449), accepturos. 4. Constitero subito hostes; sed illi dum tempus terunt, nostri clamorem tollere, in mediam peditum aciem impetum facere. 5. Videbat jamdiu imperator ab hostium multitudine premi suos, qui conjectis (15) jaculis (telis), glandibus, sagittis, nostros de colle deturbare conabantur. 6. Dixi, judices: Vos cum sententias dixeritis, manifestum erit utrum iste impune domum rediturus sit, an tot scelerum poenas daturus.

EXERCISE 24.

1. Hujus tanti philosophi praeceptis jampridem nos obtemperare oportuit. 2. Nonne salutem tuam, utilitates tuas, r. p. saluti posthabere debuisti? 3. Victis et ignavis servis esse (*or servire*) licet; qui patriam in libertatem vindicant, eis (71) necesse est (201, *and note*) liberis esse. 4. Pudet me tibi persuasisse (122, *b.*) ut pulcherrimo hoc incepto (264) desisteres. 5. Amicos tuos ac propinquos per me tibi monere licuit (197, *Obs.* 2) ne in tantum periculum ac perniciem praecipites incurrerent. 6. Ejusmodi domino non potuit fieri ut civis Romanus parere vellet. 7. Quid facerent hostes, videre potuisti; sed haud scio an improvidus esso ac caecus malueris. 8. Hoc (82) tibi faciendum fuit (*or hoc te facere oportuit*); licuit tibi pugnanti in acie perire; et mori potius millies debuisti quam utilitatibus tuis rem p. posthabere. 9. Nonne te pudet, ut inimicissimis tuis placeres, amicis defuisse, patriam prodidisse senem? 10. Noli timere; Romam tibi venire, quoties libebit (189, *ii.*), per me libebit; quo cum veneris (189, *i.*), fac apud me, si poteris, commorere. 11. Bis bina (533, *b.*) quattuor esse necesse est; non idcirco nostris semper utilitatibus a (387) nobis omnibus consulendum est.

2. *Utilitas* is, like our "utility," an abstract noun; but Latin abstract nouns are not so entirely abstract (*Intr.* 29, *d.*) as not to be frequently used in the plural—"utility," as shown on different occasions; so *multorum hominum amicitiae* (see *Ex.* 16 B. 5). *Ac perniciem*: *ac* is naturally used to introduce a stronger expression (*p.* 14, *note*).

EXERCISE 25, A.

1. Virtuti tuae invidebitur. 2. Mendacibus nunquam creditur. 3. Vos vero, nonne liberi (42, *ii.*) esse vultis? 4. Nolite servi fieri; servis nihilo (279) plus quam liberis parceretur. 5. Interroganti (415, *a.*) ei nihil respondere visus

es (43). 6. Tantum abest (124) ut nobis odio sis (250, *Obs.* 2), ut tibi etiam faveatur. 7. Ego recte mihi focisse videor; tu vero potest fieri ut (64) aliter sentias. 8. Utri a rege faveatur quaeram. 9. Acriter hodie pugnatura est; cras diutius atque atrocius certabitur.

EXERCISE 25, B.

1. Tum subito a tergo conclamatum est; et nescio quo pacto (169) toto est trepidatum agmine. 2. Aienti (406) mihi credidisti; illud (341) intelligere non possum, cur neganti fidem habere nolis. 3. Pueri mihi aegre persuasum est ne (122, *b.*) nauta factus (15) maris, ventorum, tempestatum vim experirer; senex domi sedere otiosus (42, *ii.*) malo quam aut navigare aut peregrinari; tu haud scio an (169) idem sentias. 4. Hac tanta felicitate contentus esse debuisti, nec id unquam egisse ut nimia postulando (54) omnia periclitarer. 5. Tantum abest ut in nobis sit saevitum, ut defectioni ac rebellioni majorum nostrorum semel atque iterum sit ab Anglis (319) ignotum. 6. Vir fortis videtur fuisse frater tuus, sed satis constat in hac eum re temerarium se atque improvidum praebuisse. 7. Primus ex eo populo videtur civis noster fieri voluisse; ultimus pristinae libertatis memoriam senex conservasse dicitur.

1. *Nescio quo pacto*, used as one word, often answers to our "mysteriously," "unaccountably." 5. *Rebellio* is only "rebellion" in the sense of "renewal of war," especially by a subjugated nation. *Deficere a fide* answers more nearly to our "to rebel." *Majorum*, subjective genitive (see 299, *i.*). 7. *Libertatis* (see *Ex.* 29 B. 6 *note*).

EXERCISE 26.

1. Philosophiam ait legum inventricem fuisse, morum ac disciplinae magistram. Eo anno Apiolas, urbem vetustissimam, captam esse tradunt (44). 3. Flaminius, pater tuus, vir fortissimus, Placentiam, coloniam florentissimam,

consul deduxisse dicitur. 4. Nolite, inquit, cives mei, oro vos atque obsecro (*see* Ex. 16 B. 1), ut tyranni libidini gratificemini (*for order, see* Intr. 103), libertatem, atque dignitatem, res pretiosissimas, projicere. 5. Miles, homo innocentissimus, in vincula coniectus est; centurio, vir fortissimus, illico trucidatur (79). 6. Hunc regem, hominem infelicissimum, insulam Siciliam primum e gente sua visisse tradunt, eundem Syracusas, urbem pulcherrimam, primum e longinquo aspexisse. 7. Vix crediderim patrem tuum, hominem acutissimum, hacc ei pollicenti fidem habiturum fuisse (193, v.).

6. *Eundem*—"and" or "also" (*see* 366).

EXERCISE 27.

1. Barbari summum jugum ascendentis exercitus, eadem qua antea ferocia, latera adoribantur. 2. Fratrum tuum, no quid (109, 118) patrum vestrum, hominem optimum (224) colaret saepissime monui. 3. Primus mortem oppetere (198, i. b.) debuisti, et fortissimi patris fortem te filium praestare (196, *Obs.*), non levissimum periculum primus perhorrescere (232). 4. Caesar si copias Rhenum traduxerit, per totam Germaniam maxime trepidabitur. 5. Multa (54) nos speculatores nostri de situ arcis et magnitudine docuerunt; quantum sit ac quale praesidium celatos nos videntur velle. 6. Quum de summa re actum esse intellexisset dux, funestas paludes fuga praecipiti praetervectus in ardem incolumis pervenit. 7. Ut rei p. procurationem, rem laboriosissimam (222, *Obs.*), defugeret, aetatem ac corporis infirmitatem excusavit. 8. Multi terras longinquas praetervecti sunt; orbem hic terrarum primus circumnavigasse creditur. 9. De itinere meo te celatum nolim; hoc autem a te (*or* te) posco (231) ne absentis mei obliviscare. 10. Consilii sui de parte omnia me docuit, cetera fratrem ipsum celavit.

1. This substitution of the present participle for a temporal clause would be apparently possible in English: "The Barbarians attacked . . . the flanks of the army while mounting;" but *see* p. 258, note 2. It is very common in Latin (*see* 410), and has the advantage of binding together, so to speak, all that is said into a single sentence. *Ferocia*: look out the true sense of this and *ferox*. 4. For position of Caesar *see* Ex. 20. 3; find instance of true meaning of *trepidare*—not "to tremble." *Traduxerit* represents our *once* leads, the "once" being represented by the tense (*see* p. 296, note). 5. Beware of dative (*nobis*) after *docuerunt* (232). 6. Avoid such Latin as *attigit* for "reached;" real meaning of *attingere*?—"to touch." 7. Note this sense of *excusare*. 10. Note the use of *ipse* (358).

EXERCISE 28.

1. Qui nescio an, quod (*order, see* 85) majores sui saepissime peccaverunt, idem ipse sit peccaturus. 2. Multa conqueritur, lamentatur multa; hoc unum gaudet, te enim in amicorum numero habere velle. 3. Equidem vereor ne de salute sua totum exercitum sollicitum habeat; tam incaute se et imprudenter gerit (*or* tanta est ejus temeritas atque imprudentia). 4. Mare jamdiu classibus suis infestum habebant (181) Angli; jam demum fretum transportare milites et in continente exponere ausi sunt. 5. Sociorum reliquos Romani (319), missos fecere; Hieroni, uni (529, *d.*) omnium fidelissimo, consulere nunquam destiterunt. 6. Utrum sapientem se an stultum insipientemque praebucri nescio; sed id aetatis puero militi fieri non licebit (197): hoc saltem pro certo habeo. 7. Hanc vitam vixi, judices; vos potest fieri ut ejusmodi vitae misereat; hoc ego gloriari ausim me (309) neque pudere ejus, neque taedere, neque paenitere. 8. In hoc difficillimo tempore tam bene se gessit ut vix sciam utrum constantiam ejus plus admirer, an prudentiam.

5. Notice this substitute for English adverb "steadily," used in this sense. *Constantiter* would be rather "undauntedly," *in spite of danger*; it might also be expressed by *nunquam non*, a strong form of *semper*. 8. *Tempus* is constantly used as a "trying time:" "in meis

temporibus," "in my hours of trial." Notice carefully the *moods of sciam* and *admirer* (see 106 and 172): *admirer* in a direct question would be "Am I to admire?" i.e. a *jussive* question (see 150); cf. *tene admirer*? "Is it you that I am to admire?"

EXERCISE 29, A.

1. Quem cavere debeas (198), quem timere, jampridem te moneo (181). 2. Scio patrem tuum, virum optimum (224, *Obs.* 2), liberis suis semper provisorum esse. 3. Fieri non potest ut tantum hoc scelus cuiquam probes. 4. Quaerenti quid facerem (172), num eum et quemadmodum et quando offendissem, nihil mihi respondit. 5. Patriaene an vobismet ipsis consultum vultis? 6. Multa illi (339, iii.) ego (334, iii.) peccata condonavi; non debuit adeo in te saevire. 7. Adolescenti ei adversabar (184); senem et imbecillum adjuvare volo. 8. Multas in re p. tempestates prospicio; sed neque reipublicae salutis, nec meae timeo.

3. Note how the English "for you" must be turned in Latin. If the "you" were very emphatic, the Latin would begin with *Tu*.

EXERCISE 29, B.

1. Ferunt eruentum pugionem sicario extorsisse, et alte sublatum humi abiecit. 2. Nolite ei (72), qui tam bene de re p. (331, 24, *d.*), meritis est, ignobilitatem objicere. 3. Utrum mihi succenseas (25), necne, nihil refert; salutis meae nihil metuo; jam tibi licebit quotidie mihi mortem, si libebit, denuntiare. 4. Tibi (217) et creditum et credendum fuit, constabat enim inter omnes nunquam te fidem fefellisse. 5. Magistratum (18, 19), quem sibi nuperrime permisisset (128) populus, non modo cum aliis communicatum, sed totum sibi (247) hae lege ademptum iri (193, iv.), conquestus est. 6. Libertatem nostram ac jura absentibus nobis ademisti, cras nescio an vitas nostras ac fortunas extorsurus sis. 7. Milites ad unum omnes occisi sunt; ab inermibus temperatum est.

8. Rex noster, mitissimi hominis ingenii, cur civibus tantam vim frumenti ac pecuniae imperaverit ignoramus omnes. 9. Nemini unquam qui sibi obstiterat parcebat, nec cuiquam (110), qui sibi nocuerat, ignoscebat. 10. Tibi semper cautum (240, *Obs.* 1) volui, nec tamen de hac re te, hominem incautissimum ac temerarium, consuli volebam.

2. *Est*: the subj. *sit* might be used; but the ind. expresses the simple fact, while *sit* would introduce an appeal to the man's character (506, *b.*). 6. The old English "liberties" is sometimes equivalent to *libertas* (not used in the plural)—sometimes to *immunitates*, or *jura*. 7. The passive participle of *parco* is rare, *temperor* generally supplies its place in this sense. 9. *Parcebat* here, and *volebam* in 10, might be in the *perfect*, with some difference of meaning; the *imperfect* denotes, in the former, *habit* (184), in the latter, the feelings which were actuating him (183).

EXERCISE 30.

1. Potest fieri ut (64) tu, homo turpissimus, non dubitaturus sis servitium dignitati anteponere. 2. Negat se illi certamini juvenem interfuisse. 3. Se amicis nunquam defuturum esse pollicetur. 4. Quaerenti mihi quis exercitui praeesset, nihil (237) respondit. 5. Scimus (compertum habemus) omnes quam sit (174) turpe amicis in difficili tempore deesse. 6. Neque tempori me neque duci neque occasioni defuturum esse spondeo; sed Fortuna nescio an (170) consiliis nostris obstet. 7. Marcellum Syracensis, pulcherrimae urbi (317), illacrimasse dicunt (44). 8. Equidem vix crediderim regem nostrum, mitissimi hominem ingenii, adeo saevituum fuisse (193, v.). 9. In his quas (Intr. 102) nunc civitati instant periculis, omnes in republicam incumbamus. 10. Ad existimationem ejus quam plurimum pertinet, compertum nos habere utrum in acie ceciderit an sibi vim intulerit. 11. Oportuit te fratri tuo, viro fortissimo, obviam excedere (196, *Obs.*); domi sedere tutus (42, ii.) maluisti. 12. Velim

scire utrum patriae sit et indicturus bellum et illaturus, an utilitates suas (*see* Ex. 24. 2) rei p. posthabiturus. 13. Ne alios ille (334, iii.) ad simile scelus impelleret, rem ad magistratus invitatus detuli. 14. Nunquam ille vel potentissimum quemque (375) adulari, vel multitudini assentari voluit; semper sibi (244, c.) confisus est, et omnibus se periculis objiciebat. 15. Imminet (*note intransitive sense*) nobis quotidie fames; instant praefecto oppidani ut urbem hostibus dedat; is consilium suum mecum communicare nonvult, nec quid faciam (172) habeo.

14. "Any" = all. *Or* nulli non periculo se, etc.

EXERCISE 31.

1. Fratris tui ab (265) ingenio, dubitare non potui quin (133) alienissimum (95, 1) esset mentiri. 2. Omnes (297) nostri similes diligere solemus. 3. In hoc tam difficili tempore, vereor ut amicus tuus, homo levissimus, patris sui, viri praestantissimi, similis evasurus sit. 4. Quae res in vulgus fuit gratissima, eadem (366, ii.) regi ingratiissima. 5. Patris ille sui consiliis jamdiu adversabatur, cujus ipse fuit omnibus rebus simillimus. 6. Patris meus et propinquus fuit et ei (*or* ejus) a puero (332, 1. b.) amicissimus; idem in me (331. 24, d.), benevolentissimus. 7. Quippe beate vivere (98, b), inquit, id quod omnes bonis omnibus antepoimus, regibus cum bubulcis, pauperibus cum divitibus, commune est. 8. Erga ceteros benevolentissimus esse videbatur; sibi ipsum (356, ii.), inimicissimum fuisse puto. 9. Homo est ab omni ambitu suspicione alienissimus, sed vereor ut ab his iudiciis, hominibus nequissimis, absolvatur. 10. Regum esse proprium dicebat, iis qui optime de se meriti essent invidere (*or* Illud regum . . . ut . . . inviderent).

10. Substantival sentences introduced by *ut* (125) follow sometimes a prefixed *illud* by way of *epexegetis*, or explanation (341).

EXERCISE 32, A.

1. Pollicetur se civibus tuis auxilio brevi venturum esse. 2. Tum sicario cruentum pugionem e manu extorsit. 3. Vereor ut haec magno tibi honori sint futura. 4. Quid sibi isti velint parum intellego. 5. Tanto praelio interfuisse summo tibi est honori. 6. Dubitari non potest (64) quin ejusmodi superstitio homini sit opprobrio. 7. Vereor ne hoc eis qui reipublicae praesunt (175) et detrimento sit (futurum, 138, 139) et dedecori. 8. Cassius illud rogitabat, cui res bono fuerit. 9. Rempublicam quaestui habere turpissimum (57, a.) est. 10. Quaerere velim quem locum domicilio elegeris (164). 11. Vereor ne hoc tibi magno sit et (*see* Ex. 17. 9), dolori et opprobrio. 12. Puerum monebo quanto sit opprobrio fidem fallere. 13. Pollicitus est se Cyprum eis insulam (222) dono daturum esse. 14. Spero eum intellecturum esse quanto omnibus sit odio crudelitas. 15. Tum Caesari ad pedes legati Gallorum se projocere. 16. Videtur et odisse populum nostrum et nobis odio esse. 17. Spero me tibi auxilio cum duabus legionibus brevi venturum esse.

1. Of course the *civibus* and other similar datives are connected closely with the other dative, *auxilio*, etc., not with the verb of motion.

EXERCISE 32, B.

1. Fidem suam interponit se facturum esse ut legatis liceat tutis domum discedere. 2. Huic regi, propter indolem ceteris hominibus vix ferendam (393, 394), Superbo nomen indiderant. 3. Quae res argumento est neminem Romanum ei certamini interfuisse. 4. Fratris tui, viri praeclarissimi, tot sunt ac tantae res gestae ut jam omnibus hominibus audita sint (106), laudatae, ac perlectae. 5. Scimus transfugarum nomen omnibus hominibus odio esse et execrabile; sed oramus obsecramusque (Ex. 16 B. 1), ut haec nostra transitio nobis

neque fraudi sit neque honori. 6. Nobis ne in omnium quidem otio otiosis esse licebat. 7. Quod (78) tam nefarium consilium vix crediderim tibi auditum probatumque esse. 8. Hanc rem, quae jam omnibus est in ore, mecum heri communicavit; puto id ad te (253, iv.) magis quam ad me pertinere. 9. Collega meus quum mihi auxilio venerit, victum tibi (247), et arma suppeditare potero.

8. For *jam* see Ex. 8. 13.

EXERCISE 33, A.

1. Exercitum paene totum deletum esse (32, b.), respondit, nec quidquam interesse utrum fame, an pestilentia, an ab hoste oppressus esset. 2. Non modo a militibus suis sed populi quoque suffragiis rex factus, id egit ut imperium, vi et armis partum, pacis artibus stabiliret ac confirmaret. 3. Praeclarissima ortus familia, adolescens ad rem p. accessit (*or* se contulit), senex demum magistratu abiit. 4. Externi jam belli metu liberata civitas cives impios finibus pellere, et optimo cuique gratiam referre potuit. 5. Propinquus tuus, homo nequissimus, utrum hoc conatu destiterit an in eo perseveraturus sit nescio; sed sive (171, c. d.) hoc (340, ii.) facturus est sive illud, videtur mihi nondum injuria abstinere velle. 6. Frater meus, homo infelicissimus, tantum abest (124) ut aere alieno liberatus sit, ut hodie propter hanc ipsam causam (*or* nullam aliam ob causam) patria cedat.

2. Note the very useful phrase *id egit ut*; also *imperium* for "throne." 3. *Ortus* includes the meaning of the English clause, "as he was" (see 406, 1). 6. Note the common use of *cedere* in sense of "to withdraw from" with the abl. *without a preposition*.

EXERCISE 33, B.

1. Illud bona tua venia quaerere velim, utrum casu hoc an consilio feceris. 2. Cum lacrimis, cum ploratu, summa cum

sollicitudine, domo profecti sumus; curarum onere levati, metu vacui, et cum summa omnium (59) laetitia, ad finem itineris pervenimus. 3. Homo est moribus integerrimis, et tantum ab ejusmodi scelere abhorret ut mirer equidem quemadmodum in tam nefariae impietatis suspicionem venire (*the regular phrase for the passive of suspicor*) potuerit. 4. Cum dignitate ("self-respect") mori, quam servi vivere malumus, sed hoc modo (268) perire, hujusmodi hominis causa, nolumus. 5. Potui morti ipsi nullo negotio (64) obviam ire (196, *Obs.*), sed hanc tam gravem calamitatem aequo animo perferre nequeo. 6. Qui adeo exarsit ira, ut non fratri solum suo, sed omnibus qui adstabant, mortem denuntiaverit (*see rules in 112, 113*).

2. Note how the substitution of *omnium* for "universal" makes the conjunction (*et*) unnecessary.

EXERCISE 34.

1. Illud (341) inter vos omnes satis constat (*or* convenit) solem luna multis partibus majorem esse. 2. Hunc ego hominem a puero notam habeo; multo eum te et fortiozem esse et doctiozem credo. 3. Rex ipse, dum ante primam aciem pugnabat (180), capite vulneratus est; in tanta hac trepidatione et omnium pavore e certamine se recipere noluit. 4. Hac ratione civibus omnibus jure carissimus (57, a.) factus, ad extremam (60) senectutem, nomine privatus civis, re patriae paene parens pervenit. 5. Quod scelus tuo statim sanguine luendum est; facinora enim ista hac luce clariora sunt ac manifestiora, nec potest fieri ut civis quisquam tibi ignotum velit (240 *Obs.*). 6. Mihi, inquit, vos omnes nomine esse milites, re vera transfugae ac latrones videmini. 7. Multo jam acrius pugnabatur; a sinistro cornu nostri lassitudine deficiebant; dux, altero ipse saucius brachio, primus hoc sensit. 9. Potuistis paullo ante bellum pace mutare; sero vos hodie erroris paenitet. 9. Saluti vestrae heri diffidebam; sed res

expectatione (or spe) mea multo melius evenit. 10. Quanto (279, caution) melius fuit (153) in tali tempore omnia communi (or reipublicae) salute inferiora ducere.

2. Notice the difference between the English and Latin phrases for "your superior in." 10. Note tense of *ducere*.

EXERCISE 35, A.

1. Filio tuo jam diu familiarissime utor (181), qui (78 and 43) mihi ingenio potius ac virtute quam vel vultu vel corporis habitu patris (255) esse similis videtur. 2. Nolite eum qui Deorum (Immortalium) beneficiis tam bene, tam prudenter, usus est (or sit) merito honore ac laude privare. 3. Facere non possum quin tua opera. (267, Obs.) credam factum esse ut hoc periculo defunctus sim. 4. Omnes qui te salvum volumus (240, Obs. 1.), hoc unum optamus, ut liceat tibi magistratu isto cum dignitate, cum emolumento tuo, fungi; omnes probitate tua ac modestia confidimus, omnes (in) amicitia tua gloriamur. 5. Tuo fretus subsidio, eos qui contra regem suum arma sumpserant (or qui armati a fide desciverant), gravi supplicio afficere ausus sum. 6. Sibi semper confidebat, et in tenui fortuna et exiguo victu suis rebus contentus esse (98 and 42, ii.) quam alienis (58) opibus niti maluit. 7. Omnibus rebus quibus ad vitam opus est liber carere, quam in servili conditione divitiis circumfluere maluit.

1. *Virtute*, of course, could not be used for "character" but for the context making it clear that *good* character is intended. *Ingenium* is *natural* ability, and is sometimes = character; but when coupled with *virtus*, etc., implies rather *intellectual* gifts. It is never used in the plural like our "abilities," but would be plural if used of more than a single person. 2. *Qui . . . usus est*. *Sit* would be equally good Latin (see Ex. 29 B., note). 3. This very common periphrasis of *factum esse ut* might have been included in 125. 4. *Probitas*, or *integritas*, is "honesty," "incorruptibility," never *honestas*. So *modestia* is never "modesty," which is *verecundia* (see 18). 5. Two versions are given for "rebels;" the difference between the two ideas is obvious.

EXERCISE 35, B.

1. Pollicetur omnia se nobis quae opus sint (77) suppeditatum. 2. Consulto magis nobis quam properato opus est; haec enim victoria vereor ne nimio (280, Obs.) nobis constiterit. 3. Patre tuo, viro praeclarissimo, adolescens amico usus sum (or utebar); singulari (381, Obs.) ille ingenio fuit, summa virtute (see Ex. 35 A., 1) (or optimis moribus). 4. Qui patrem suum occiderunt et contra regem conjuravero, eos gravissimis se suppliciis affecturum esse sperat. 5. Qui vereor ne miseratione tanta atque venia, quanta hodie ei opus est, parum dignus videatur. 6. Patris mei fortuna nihil unquam beatius concipere animo possis (or nihil beatius excogitari potest); qui ita summo magistratu functus est ut domesticae vitae dulcedine fruereetur. 7. Tua fretus benevolentia, litteris, quas ad me (or mihi) per filium meum misisti, uti non dubitavi. 8. Num quisquam hoc homine laudo dignior, supplicio indignior potest esse?

3. "I enjoyed" may be turned by the perfect or imperfect. It may state the fact, or it may mean "I used to enjoy." 4. For *sum* see 353; but the context makes it clear; were "parricides" intended, the Latin would be *sum ipsorum* (356, i.). 6. *Possis*: the subjunctive 2d person singular represents the English "you," "one," the French "on;" see 149, ii.

EXERCISE 36.

1. Utrum servi futuri sitis an liberi, vestri ipsorum (356, i.), est arbitrii. 2. Scimus cujusvis esse errare, sed stulti est illud (237) oblivisci, aliud esse errare, aliud in errore (or errando) perseverare. 3. Omnium civium jura ac libertatem spe sua celerius sui juris fecit. 4. In diem vivere, nihil in futurum providere, barbarorum potius quam liberi populi (civitatis liberac) esse dixit. 5. Patris tui aequales suos esse dixit, nec eorum quemquam sibi avunculo tuo cariorem fuisse.

6. Omnia tua causa atque fratris tui (289), hominis optimi, absens facere non destitit. 7. Tempori, inquit, cedere prudentis est: sed ejusmodi minarum rationem habere summae est stultitiae. 8. Utrum vicerimus, neque, vix ausim dicere; scio militis esse jussa expectare ducis. 9. Leges scribere, ac ferre, aliorum erit; nostrum est legibus parere. 10. Legi quam ipse portulisses, fraudem te facere dixit; id quod evitentae esse reipublicae credidit.

2. Of course *oblivisci* as a rule governs a genitive; for the use of *illud* in the sense of "this," "the following," see 341. 3. Avoid *privilegia* (see Latin Dictionary). 7. *Tempori cedere* exactly answers to our "temporise;" *tempus* often = "a hard time," "a crisis."

EXERCISE 37.

1. In hoc rege (or principe) nihil sordidi erat, nihil turpe (295, a.), nihil humile; parum doctrinae, ingenii satis; rorum peritiae aliquantum, eloquentiae non nihil; multum prudentiae, probitatis plurimum ac constantiae. 2. E tot patris tui meisque (290) aequalibus nemo haud scio an illo laude et observantia fuerit dignior. 3. Uter vestrum plus detrimenti, plus damni, reipublicae attulerit difficile est dictu; spero confidoque brevi fore ut utrumque scelerum poeniteat. 4. Nihil nobis reliqui fecit Fortuna, nisi ut aut cum dignitate moriamur, aut cum ignominia (332, 2. c.) vivamus. 5. Infelicissime pugnatum est; e (de) tot millibus perpauci supersumus; ceteri aut occisi sunt aut capti, ut vehementer verear ne de summa re actum sit. 6. Hominem illius similem ubi gentium (294, Obs.) inveniamus (150)? Tot ejus virtutes longum est vel enumerare vel verbis exsequi: qui utinam hodie adesset (152). 7. Tanto sanguine (280, Obs.) haec nobis victoria constitit, ut dubitem (106) equidem utrum victores an victi plus detrimenti acceperint.

1. *Doctrina* is the regular word for "learning," "information;" it should not be used in the plural, and does not answer, in classical Latin, to the English "doctrines" or "tenets." Note the meanings of *prudencia*, *probitas*, and *constantia*, as also of *observantia* in 2. 2. Note the correspondence in *patris meisque* of the genitive case with the (pronominal) adjective as pointed out in 289, 290, and 291, *Obs.* 2. 3. Notice carefully the use of *damnum* for "injury;" *injuria* is "wrong," not "injury," in the sense of "harm." 4. *Ut aut cum . . .* Note the substantival clause after *nihil reliqui fecit*. It is one of the cases where the *ut*-clause comes nearest to the Latin infinitive; the latter in fact would be admissible, though unusual. *Aut . . . aut*, because the two ideas are diametrically opposite; in 6, *vel, vel*, "it does not matter which" (see Intr. p. 14, note). 5. *Ut vehementer*: consecutive *ut* is constantly used in Latin to attach a clause which in English would stand detached. An English writer would probably omit the "so that." 6. *Exsequi*: avoid the use of *exprimo*, "I squeeze, or force out."

EXERCISE 38.

1. Litterarum fuit ille semper studiosissimus; laboris idem, frigoris, aestus, inediae, vigiliarum, patientissimus; illud equidem vereor, ne parum (294) sibi otii ac quietis concedere velit. 2. Tantum erat militum (299, Obs.) studium pugnandi, tanta omnium alacritas, ut peritissimo ejusmodi militiae duci dicto audientes esse nollent, et dum sui fiducia et hostium contemptu pleni, et alius alium (371, iv.) hortantes, tanquam ad exploratam victoriam procedunt, subito in insidias imprudentes praecipitaverint (106). 3. In summa rei p. dissensione, ea (348) tamen amicitia quae mihi erat cum patre tuo, viro fortissimo, et mea et illius (289) spe (277) diutius permansit. 4. Divitiarum illi satis erat superque, sed rei p. imperitissimus fuit, et famae idem vel laudis vel auctoritatis vel potentiae parum appetens, et ab omni magistratuum vel honorum contentione alienissimus. 5. Isti vero, horum laborum expertes omnium, voluptatum tantum otiique appetentes, rei publicae neglegentissimi, epularum gulaeque studiosissimi, eo impudentiae pro-

cessere, ut exercitui omnium diutini belli incommodorum patientissimo luxuriam desidiamque me audiente ausi sint (106) objicere.

1. *Ille* may be used, in the sense of 339, iii., so in 4. Note *velit* for "consents to;" *consentiat* here would be absurd. 2. Note sense of *studium*, as of *studiosus* in 5; from its sense of a taste or passion for literature (*litterarum studium*) it came by degrees to be used in its modern but unclassical sense of "study." *Peritissimo*: the *concessive* sense here and with *expertes* in 5 is left to be inferred, as often also with participles (see 412, *Obs.*, and cf. 510). *Dicto audiens esse* is a common phrase, used of the implicit obedience required from soldiers; the verb *audire* is never used in this way with *dicto* and another dative; *audiens* is treated as an adjective and combined with *sum*. 3. *R. p. dissensio*: the genitive is explained in 300; but note and put together the very various senses of *respublica*. 4. Note sense of *auctoritas*; never "authority" in the sense of "power,"—always moral or intellectual "influence." 5. *Ho impudentiae*: this construction, though common in Livy, is scarcely found in Cicero. *Me audiente*: this phrase might have been added to those in 420, ii. Note the subjunctive in *ausi sint*, as in *praecipitaverint* in 2; both are at variance with the idiom of English or of Greek, where the indicative would certainly be used.

EXERCISE 39.

1. Serpentes dicunt (44) ingenti magnitudine (271) in insula Lemno (222) inveniri. 2. Virum eum fortem fuisse nemo negat; illud (341) quaeritur utrum prudens fuerit, ac rerum peritus. 4. Filius tuus (43) optima esse spei puer videtur, et maxima apud aequales auctoritatis. 4. Post tridui cunctationem tandem cum triginta navium classe profectus est; sed exactae aetatis homo vix tanti laboris opus exsequi potuit. 5. Bono igitur velim sis animo, neu (103) propter brevissimi temporis pavorem tot annorum laboris fructum projicias. 6. Prisca, id quod (67) omnes scimus, et nescio an nimiae severitatis homo est; idem vero vir justus ac probus et vitae innocentissimae. 7. Fortiter pugnare et honeste in acie perire

civium Romanorum est; nos igitur, qui pauci (69) supersumus, et majoribus nostris et republica Romana dignos nos praestemus. 8. Cui dormienti adstare visus est senex quidam (361) exactae aetatis, canis capillis, benigno vultu, qui eum bono esse animo et optima sperare jubebat; nam ad insulam Corcyram post aliquot dierum navigationem perventurum esse.

4. *Tanti laboris*: or *tantum tamque laboriosum*, or *opus laboriosissimum*. 6. It should have been added in 169, that *nescio an* is occasionally used without a verb as here.

EXERCISE 40.

1. Homo erat mediocris ingenii, (sed) virtutis summae, qui, periculosissimi belli maximo in discrimine, pluris in provecta aetate quam juniorum quisquam factus est. 2. Vir erat spectatissimae fidei et singularis (381, *Obs.*) integritatis; tum vero avaritiae insimulatus est, ambitus in suspicionem venit, et rerum repetundarum (or de reb. rep.) reus est factus: ejus criminis scitis omnes omnium eum iudicum sententiis absolutum esse; cui vero vestrum non illius (348) diei venit in mentem quo ille condemnationis ignominiam immeritam deprecari noluit, nec se ipsum solum de eo crimine purgavit, sed eorum qui se accusabant malevolentiam et mendacia coarguit? Nemo eorum qui eo die in iudicio aderant praeclarissimae illius orationis facile obliviscetur; nec quidquam unquam eorum qui audiebant (or audientium 414) magis animos commovit. 3. Totum jamdiu populum belli taedet, poenitet temeritatis suae, et imperatoris stultitiae inscitiaeque pudet. 4. Illum (308, *b.*) ejus mentionem facis bene meministi; homo erat infimi generis, provectae aetatis, canis capillis, veste sordida (303, *Obs.* 2), habitu corporis rudi et agresti; sed nemo unquam rei militaris peritior fuit, et plurimum ad salutem civitatis interfuit eum in (273, *Obs.*) tali tempore imperatorem fieri. 5. Parvi nostra interest, qui sententias

vestras expectatis, utrum absolvatur iste, an (159) condemnetur, sed omnium interest ne absens, indicta causa (425), vel exilio vel morte multetur (307).

1. For *homo* (and *vir*) see p. 153, note; for *ingenium* and *virtus* see Ex. 35 A., 1. "In his old age:" *senex* would of course be right (62), but in *pr. aet.* expresses more nearly the *idea* of the English, i.e. "in spite of" his age (273, *Obs.*). 2. *Cujus criminis*; note the relative, and see 78, and also 541, *Obs.* *Coarguit*: *exposuit* would merely mean "stated"; *coarguere* is "to bring home" a charge, *arguere* to try to do so; cf. ἐλέγχειν and ἐξελέγχειν, or ἤλεγχε (imp.) and ἤλεγξε (aor.). For *nemo, nec quisquam* might be substituted (see 541, *Obs.*). *Animos commovit*: in the less imaginative and less *picturesque* style of Latin, as compared with that of English, it is natural in such expressions to introduce the *animos*, which would be omitted in English, and also to use the plural (see Ex. 16 B., 5).

EXERCISE 41.

1. Quum Veii in oppido tum temporis (294, *Obs.*) et multitudine civium et maximis opibus florentissimo (or frequentissimo atque opulentissimo) multos jam annos viveret (181), ad urbem inde Romam, quae quattuor decem millia ferme a veteri domicilio aberat, senex (or provecta jam aetate) commigravit. 2. Parentos ejus a (266, *Obs.*) Syracusis oriundi, Carthagini jamdiu domicilium habebant; ipse Uticam ad avunculum puer missus, triennium totum domo abfuit: sed postquam ad matrem jam viduam Carthaginem rediit, reliquam adolescentiam domi suae (316, iii.) degit. 3. Hostes vix jam unius diei iter aberant; arcis muri, vix plus viginti pedes alti, et fossa minus (318, *Obs.*) sex pedum cincti, vetustate (267, *cause*) corruiebant. Doria, quum sex dies subsidia frustra expectavisset, litteras Pisam ad Praefectum misit, quibus eum oravit obsecravique ne (118) tempus ultra tereret, sed ut milites sibi auxilio confestim adduceret. 4. Londini, in urbe omnium maxima et frequentissima nato educatoque, strepitum urbis ac multitudinem vitae rusticae

otio, securitate, et infrequentia, ut permutarem, nunquam antea, ne semel quidem, mihi concessum est (or contigit, 123). Jam vero brevi me Romam ad filium meum iter facturum spero, ex Italia autem ante mediam hiemem ad Constantinopolim navigaturum, quam urbem visere jamdudum gestio; te puto Melitae hiematurum esse, quam ego insulam nunquam sum visurus. Veris initio Neapoli in pulcherrima urbe commorari (45) statui, et Londinum ad veterem domum mense Maio (538) vel (p. 14, note) Junio me conferro. 5. Caesarem puto vix minus domi se quam militiae propositi tenacem praestare; dicunt eum ad urbem esse, triumphum expectare, apud populum verba facere velle. 6. Injuriis Napoleonis ac contumeliis lacessiti irritatique Hispani ad Anglos tandem veteres hostes sese converterunt.

1. *Maximis*: why not *vastis*? (*Vocab.* 3, note.) 4. *Quam urbem, quam insulam*. Note the transference of the appositional *urbs* and *insula* to the relative clause, analogous to that in 63.

EXERCISE 42.

1. Mithridates, qui uno die tot civis Romanos (58) trucidaverat, alterum jam et vicesimum (530) annum ab eo tempore regnabat. 2. Hirundines mensibus hibernis hic quoque abesse videntur; ego certe ne unam quidem (381) his viginti diebus vidi. 3. Tertium ac tricesimum agens (410) annum excessit vita; quum nondum triginta haberet annos, tantas res gesserat quantas (490, i.) ne unus quidem eorum qui aut ante eum aut post regnaverunt (175). 4. Fames fit in dies (328, c.) gravior; quotidiano labore fatigatis eruptiones, quas ad hunc diem nocturnas diurnasque fecimus, mox intermittendae orunt (392); nostrorum adventum diem de die (328, c.) frustra expectamus. 5. Ad Calendas Junias (538) mihi se praesto fore pollicitus est; his decem annis ne semel quidem eum ad tempus adesse cognovi. 6. Abhinc prope tres annos neminem me unquam

vidisse dixi, qui fratrem tuum vel virtute vel ingenio superaret (77, and also 504); sed hoc biennio severior is in dies fieri atque asperior videtur, nec tanti (305) jam eum facio quanti antea. 7. Viginti fere post diebus quam ab India redierat patrem tuum vidi; ingenii ejus aciem vel animi vim nondum aetas affecerat (hebetaverat), in (273, *Obs.*) provecta aetate illis sex mensibus exercitui praefuerat, et jam tum magistratum petiturus (14, a.) fuit. 8. Temporis errore deceptus plus sex menses te Athenis fuisse (or commemoratum esse) putavi. 9. De hac re satis jam dixi, nec diutius (328, a.) vos retinebo; abhinc sex menses potui plura dicere (196, *Obs.*)

2. Notice this adjectival use of the English "winter," Ex. 9, *last note*.
7. *Afficere* is used in the sense of affecting, for the worse, health, etc.

EXERCISE 43.

1. Quod tantum beneficium tibi potissimum liberisque tuis secundum Deos acceptum rettuli (*lit. entered to your credit in my account as received*). 2. Spero eum, cum Romam pervenerit (p. 296, *note*), apud me commemoraturum esse. 3. Hic annus ad interitum (18, 19) civitatis (or r. p.) fatalis esse videtur. 4. Plerique eum extra culpam (331, 9) esse credunt (cf. 44); nec quisquam talem tamquo bonum civem contra rem p. quidquam facturum fuisse putat. 5. Aciem ultra Danubium instruxit; nostri vero, qui jamdudum aliquantum temporis secundum flumen iter faciebant, prope (or juxta) alteram ripam adversus hostium castra constiterunt. 6. Per me tibi licuit Londinum (315) ad amicos (or ad tuos) domum redire, utrum abieris necne penes te est. 7. Illud inter te ceterosque interest; apud illos hic (338, *Obs.* 1) propter tot ejus in rem p. merita permultum, apud te propter hanc ipsam causam plane nihil valet. 8. Filium tuum videtur ille (339, iv.) ad cenam in tertium diem (326) apud se invitasse; ex illo tempore nemo eum amicorum vidit

usquam. 9. Jam in terram expositi (20, 21, a.) (erant) hostes, (et) intra telorum jactum venerant; nostri pila conjicero, et inter illos ac flumen praeterire conari (or *pres. hist.*). 10. Tanta fuit eorum in praesens laetitia, tanta in futurum spes, ut nemo quid re vera fieret (or id quod fiebat) suspicatus sit. 11. In me ille (334, iii.) vehementissime invectus consedit; cujus ego adversus longissimam orationem perpauca dixi. 12. Arbores quae multae proceraeque circa viam stabant praetervectus (Ex. 5. 13), tandem juxta portam constiti.

9. *Erant* and *et* may be omitted (see 15). 11. *Furiosissime* should be avoided (see Ex. 6. 1).

EXERCISE 44.

1. In hac tanta trepidatione ac tumultu, Imperator a sinistro cornu cum legatis conspectus est. Jam ab hostium equitatu securus erat, et adhortantis vox prae laetantium et exultantium clamore vix audiri potuit. 2. Vereor ne de exercitu nostro actum sit; dies continuos decem a re frumentaria magnopere laboratum est; a fronte, a latere, a tergo instant hostes; omnes finitimae nationes in armis sunt; nusquam spes (ulla) auxilii: equidem vero in his tantis periculis de summa re desperare nolo. 3. Confestim a proelio (secundum proelium) productos captivos caedunt; a duce incipiunt; nulli (223, *note*) parcitur; omnes ad unum trucidantur. 4. A te igitur incipiam; cives tuos pro aris et focis pugnare fingis; idem prae te fers in fines nostros incursiones eos saepe fecisse, et nullo lacescente (425), nullo repugnante, agrum nostrum ferro et igni populatos esse. 5. Adolescentem hunc a puero notum (188) habeo; et pater ejus et ipse vivo patre tuo saepissime apud me deverterunt (or commemorati sunt); nec quidquam ei vel a doctrina vel a natura decesse arbitror. 6. Pro ea quam mihi cives mei demandaverunt potestate, eos qui bene de r. p. meriti sunt praemiis sum affecturus (283), de ceteris pro delictis

poenas sumam. 7. Tibi, quantum in me erit, opem feram, sed vereor ne de spe tua actum sit. 8. Nolim te de spe tua dejicere, sed frater tuus vereor ne infecta re (425) redierit. 9. Fortissimum se, ut (492, v. b.) in re tam trepida, praestitit, et omnes ei debemus pro tot ejus in nos et in rem p. meritis gratiam referre (98, b.). 10. Omnes quae in oculis sunt spectare oportet; e rebus futuris pendere nihil prodest.

